



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis  
Præmonstratensis**

**Sterre, Jean Chrysostome van der  
Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.**

17. Decembris. Decimo-Sexto Kal. Ianvarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37161**

ribus annis gloriösè administrasset:  
hostiumque suorum pluries Victor  
extitiflet; filio suo Tyuono Regni  
traditis insignibus, ipse semet Can-  
didi Instituti disciplinæ subiiciens;  
præclara vitæ prioris Stratagemata  
humili Ordinis præmonstrati pro-  
fessione coronauit.

17. Decembris.

DECIMO-SEXTO KAL. IANVARII.

**I**N Steinfeldiensi Cœnobio Passio  
Sanctæ memoriae GODEFRIDI  
de Bonnenberg decimi-noni eius-  
dem Ecclesiæ Abbatis Ordinis Præ-  
monstratensis. Qui Britannis Stein-  
feldiensem Ecclesiam deprædanti-  
bus & penitus euertentibus, mi-  
serabili morte excarnificatus; visus

P est

est oculis insipientium mori: verum  
factus est in pace locus eius, dum  
cum Corona Martyrij fœliciter mi-  
grauit ad Dominum.

23. Decembris.

DECIMO KALEND. JANVARII.

**I**N Scheidensi Cœnobio Beati  
HERMANNI Primi eiusdem Ec-  
clesiæ Abbatis, & Præpositi Ordi-  
nis Præmonstratensis. Qui ex Iu-  
daismo mirabiliter ad CHRISTI  
fidem conuersus, in Capenbergenſi  
Cœnobio Præmonstrati Ordinis  
habitu suscepto, Candidæ huic IESV  
militiæ adscribi voluit: in qua per  
omnes Christianarum virtutum ad-  
scendens gradus, ad tantam perfe-  
ctionis Euangelicæ excellentiam  
deuenit; ut quo olim zelosior exti-  
terat